voluntate Marbachii dubitaret: tantum in illa thesi, quod panis
est essentiale corpus Christi, et in doctrina aeternae electi-
onis me ab eo dissidere. Hic se a viris piis doctisque
reduci pateretur: dictum ac factum me ipsi fore coniun-
ctissimum. Respondit ad haec Carolo primum velle se in
doctrina congruere nobiscum: Atque in me ad aliquam
palinodiam, se indignam, cogeretur. Deinde cum para-
tissemque benigne ipsi devovere, alio impulsus re-
so, renunciavit per Carolum, non videre se cur a senten-
tia discederet, nihil esse in doctrina sua quod falsita-
tis redargui posset, ostenderemque ipsi claris argu-
mentis quid in ea reprehendendum putarem. Hic
ego dixi nostro conciliatori, non esse me pro- . . .
[illegible] ad certandum cum Marbachio: sed ad pacem facien-
dam [illegible] mihi . . . . . negotii esse, omnino
mihi constitutum esse infelicem pugnam non red-
integrare. Zanchius impatiens est, qui scriptionibus
et modi delectatur. Rescripsit ex thesibus Zanchii, quid
esset sentiendum de electione, adiecitque pro coronide
thesin illam, ὁ ἄρτος ἐστὶ τὸ σῶμα [illegible] τὸ οὐσιῶδες,
non modo falsam: sed etiam absurdam esse. Ille exaspe-
ratus scripsit decem questiones Dialecticas, quibus
responderi iussit, priusquam ad statum controversiae
veniretur. Eas cum mihi Doctor ostenderet, reieci
ut nihil ad me pertinentes ipse placaret, quem irrita-
verat, atque ita res illas misceret, ne me admitteret.
Cum ergo questionibus illis nihil responderetur, non
minus ego, qui ista neque moveram, neque curaveram: in
triumpho ductus fui, quam ille qui [illegible] gloria-
te apud suos Marbachius, nos eas artes infeliciter profiteri
quemadmodum non calleamus. Quid facerem? Quod alii
intriverant, id mihi videbatur excedendum esse. Accessi
ad D. Scholarch. Danielem: is mihi auctor fuit, ut illas
Dialecticas questiones Dialectice dissolverem. Feci
quam vellem affuisse te, ut meam consilia tecum com-
municare potuissem. Vides Venerande frater me
admodum invitum effugitantem in odiosissima

certamen protractum esse? Huc scilicet perti-
nebat illa pacificatio, in qua sibi Carolus laudem quæ-
rebat. Miseram Ecclesiam, nondum Jodoci tela per-
fossa est. Salebergii argumentis nihil responsum præ-
ter opprobria, et quasi desint facta, quæritur nos-
ter Antagonista. Quin etiam me accusat, quod quietus non
fuerim, sicut mandarat Senatus. Credo eos hoc moliri
ut hunc sexagenarium præcipitent. Ἀγανακτος γε-
των. Nihil equidem turbari, nisi quod his Magistris af-
flictis Antonio et Henrico benignus hospes tui, quibus
cum scio iratum esse. Dolet animo meo, vir eximie, im-
plevisse me Chartam inamœnis jurgiis, quod tamen est
mihi quasi solemne. Carolus Gallus edidit egregium opus
contra Catabaptistas Germanice factum, quod dedica-
vit Principi Auriaco, cujus hic gratia nunc abest
in Hollandiam profectus. Erasmus Johannes hic factus
nova nupta. Sed Meningus noster ejus popularis fe-
cit, ut minus ejus consuetudine fruiti fuerimus. Ex eo
audivi Herbertum à Langen cum honestiss. conjuge
Emdæ fuisse in fractione panis Dominici. Vos fe-
lices, qui in eo estis, ut gaudium vestrum in
Christo sit perfectum: nos miseros; quid enim profe-
cimus ab eo die, quo primum Bremam veni? si quidem
ad purgandum vetus fermentum redigetum quidem
asserere possimus, sine gravissima summorum viro-
rum offensione. Sed valeant querimoniæ. Quando
hæc jam corrigi non possunt: par est ut nos nostri
malum æquo animo feramus. Ego, uxor mea et liberi
valeq; tibi tuisq; salutem omnes precamur. Vale.
Decimo Calend. Novembr. 1577. Bremæ.

Tui semper præter ceteros
Amantissimus senex Pædagogus
Johannes à Molanus.

300] [An Marcus Mening] [= Msc. a. 7: Nr. 310]

Meningus

Ut status controversiæ propositionis [: Panis est
corpus Christi verum, naturale et essentiale, quod
pro vobis traditur] appareat, necessario primis